

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
DYSPEPSIA,

*Ex Auctoritate Magnifici D. Rectoris,
D. JACOBI PERIZONII,
HISTORIARUM, ELOQUENTIAE, ET GRAECAE
LINGUAE, UT ET HISTORIAE PATRIAE,
PROFESSORIS PUBLICI;*

NEC NON

*Amplissimi Senatus Academicorum Consensu,
& Nobilissimae Facultatis Medicorum Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis, ritè,
ac legitimè consequendis,
Publica censura submittit.

JOHANNES GEORGIUS WEYGANDT,
Bausca - Curonus.

Ad diem 17 Novembr. horâ locoque solitis.



LUGDVNI BATAVORVM.

Apud ABRAHAMVM ELZEVIER, Academiz
Typographum. M. DCC. VII.

D E O

P A T R I Ä

P A R E N T I B U S

E T

A M I C I S

D. D. D.
A U C T O R.



I. N. I.
DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
DYSPEPSIA.
PRO O E M I U M .

ua à Nobis ad nutriendum & conservandum corpus admodum fragile & caducum assumuntur, masticata, que duriora salivaque probè permixta, muscularum linguae & œsophagi beneficio per eundem in ventriculum deferuntur; Cujus tunicæ musculoſæ sua contractione, ope motus peristaltici ac diaphragmatis pressione, spiritus è nervis paris vagi, liquores è sanguine ejusdemque serò per tunicam glandulosam copiose & continuo, non solum exprimunt, sed etiam cibos

DISPUTATIO MEDICA

constringunt, efficiuntque dissolvendo, atterendo, omnium molecularum motus interiora versus dirigendo, conterendo, quæ integræ sunt diducendo, inflectendo, involvendo ex iis fundendoque chylum, seu succum, seu pollinem esculentorum & potulentorum, seu Cremorem latteum eliciunt. Quanta vero necessitas hujus humoris naturalis, tanta sepiissime Calamitas corpori humano gignitur, imo interdum ruina totius æconomiae ex unica depravata Chylosi minatur. Nam tempus & paginae angustia non concedunt omnem malorum lernam absolvere; quis est, qui non intelligit, artuum lassitudines, animi deliquia, appetitum depravatum, dolores ventriculi gravativos, sodam, ructus, vomitus, choleram, alvi fluores vel adstrictiones, tormina, borborygmos, passiones colicas atque iliacas, malum hypochondriacum, cordis palpitationes, tusses, pleuritides, splenis hepatisqué dolores, tumores, ischuriām, stranguriam, cachexias, nephritidem, hydropem, arthritidem, tabem &c. ab hac unicè dependere: respectu itaque horum, non indignam putavi Dyspepsiam, Scaturiginem, si non omnium, plurimorum tamen morborum, quæ materiam suppeditaret & occasionem tentandi, qualescumque tenuitatis meæ vires. Faxit autem Numen clementissimum, ut omnia cedant feliciter!

Thesis I.

NE autem per transiennam, ut ajunte, rem desideratam intueamur, quævis seorsim ac dilucide proponenda nobis veniunt, quod praesente Dissertatione Inaugurali exequi sedulù allaborabimus. Nomina verò cum sint rerum signacula, illarumque quidditatem denotent, idcirco & titulum, quem frons Dissertationis nostræ gerit, paucis, quid eō ipso his innuere velimus, hic explicabimus, videlicet ætas antiqua ex eorum classe deponere & illis à subiecto seu parte affecta nomen indere solebat. Hac & simili ratione *Dyspepsia* derivatur à græcâ voce *Δύσ* & *πέψια* coctio mala. *Δύσ*, enim in compositione significat *agre difficulter*, *malæ* denotatque concoctio laxa, depravata *Laxè* & *strictè* nomen *Dyspepsia* apud auctores sumi reperies: in genere nobis hac Etyma evolu-

evolutione pravam alimentorum in ventriculo digestionem venire : in specie verò insignem ventriculi atoniā, vi vocis, denotare, in cuius extenuatō cavo assumta in liquamen vitiosum convertuntur, ita, ut è cibo potuque non chylus laudabilis, sed vel pituitosus, vel humor acris, acidus, biliosus aut nidorosus fiat, sicquè chylosæ depravationi ansam maximam suppeditans. *Dyspepsia Germanis* audit, die Unversaligkeit Gallis, *mauvaise Digestion*. Belgis *Moeychylke verdauwinge*.

I I.

Priusquam autem morbi hujus tractationem aggrediamur, necessum fore pauca ex physiologicis repeterem, ut, cognito statu naturali, praeternaturalem eò melius & felicius perspectum habeamus: verum cum hæc alibi fusius pertractaverimus, nefas esse duximus, crambem bis coquere, quapropter B. L. illuc ablegamus. vid. Dissertat. nostr. de æthere & aëre Chyli defensam sub Præsidio D. Joh. Gottscheds. Phil. & M. Doct. ac Prof. Publ. Regiomonti, Ao. 1702. habitam, Præceptoris mei ante hac dilectissimi, ac fidelissimi nunc piè defuncti *cuius anima in pace requiescat & dum spiritus hos reget artus, sancta mihi ejus supererit memoria;*

I I I.

Quod *subjectum* & sedem nostri affectus concernit, non immeritò ventriculum esse, dixeris. Certum enim est, nullam nostri corporis partem magis expositam esse omnis generis injuriis, quam ipsum ventriculum; cum non tantummodo aëri illabenti pateat & necessaria esculentæ & potulenta assumat. Verum quoque gulæ omnisque luxuriei, inservientia in illum detrudantur ac è massa sanguinea humores diversimodè mixti in hujus promptuarium deponantur; ergo non mirum cur sæpiissimè morbis etiam gravissimis affligatur.

I V.

Ad *signa Diagnostica* progredi nunc ordo jubet; proposita passim à primo artis Parente, sunt ferè innumera; Sed non in omnibus apparent omnia, neque semper æque gravia: is leviora & pauciora; alias graviora & plura experitur phænomena. Itaque ea saltem recensebo, quæ affectionem hunc utplurimum insequi solent.

V.

Conqueruntur verò ægri in Chylosi depravata de ructibus, naufragiæ, appetitu dejecto, dolore gravativo stomachali, Cephalalgia, rigoribus, duabus aut pluribus horis post pastum iisque ructibus modo acidis, modo falsis, nunc amaris, putridis, nunc sulphureis, nunc mixtis, nunc

genuinum assumentorum odorem & saporem adhuc repræsentantibus. Verbo, quando imminuta & læsa est digestio, testantur illam ructus varii subinde etiam vertigine & levissima lipothymia in primis jejuni corripiuntur.

V I.

Cruditatis acida cognoscitur ex soda, ructibus, acidis copiosioribus v. gr. si lac assumptum, ventriculum gravet, it: si, post unam vel alteram dosin limaturæ martis datam, ructus admodum graveolentes assurgant, wenn es als Schweißel stinkt. it. appetitus prostratus est, respiratio difficultis, ventriculi inflatio, it. in talibus ægris solent præ ceteris copiosiores esse flatus & quæ rejiciunt aut naturâ aut arte per vomitum sunt admodum crassa, viscida, tenacia ac pituitosa, interdum serosa plus minus acida, alvus subinde est contumax: uti exempla passim attestantur, dum muliercula quædam, cruditate acida laborans, quæ evomuerat, totum hypocaustrum, acidulo odore etiam implevit; *Pituitam* verò cruditatem ex antecedaneis colligere licet.

V I I.

Cruditatis nidorosa salina ructus habet foetidos instar ovorum aut piscium putridorum (illo fermè odore, si sulphur cum Lixivio coquatur) atque hinc percipiunt saporem peregrinum & abominabilem seu nauseabundum, matutino præprimis tempore, quem sufficienter nequeunt exprimere: Sie haben einen wunderlichen Geschmack! es steigt ihnen auf wie faul holz / ist ganz bitter und eckeln; quæ verò naturæ circulantis instinctu seu vomitu rejiciunt sunt liquida flava aut quodammodo amarantia, aut ex amarore dulcescentia, sentiunt sicut etiam infatiabilem, nauseam, appetitum prostratum. Alvus sèpè plus solita aperta, respiratio difficultis, intestina rugiunt & borborygmi ventris audiuntur. *Mixta* denique *cruditas* ex combinatione harum simplicium producitur, ita quam facillimè ex his adduictis & probè secundum suas circumstantias ponderatis, judicatur.

V I I I.

Traditis nunc signis *Diagnosticis* jam faciliori marte cognoscitur ejus *Differentia*. *Bradypepsia* enim succedit *Dypepsia* & illam *Apepsia* subsequitur, gradu saltē secundum magis & minus inter se differunt, respectu reliquorum. Hæc itaque ordine perlustranti insimul liquet affectus hujus & aliorum morborum convenientia, sicuti etiam inter nostrum & ceteros morbos intercedens discriminem: Qua de causa his immorari diurius consultè nolumus, quoniam instituti nostri ratio est, brevitatè studere.

IX.

Per illustrato *subiecto*, absolutis signis *Pathognomycis & Differentiis* ad causas ejusdem producentes deferimur. Dispescuntur autem *cause* vel *inmediatas proximas vel in immediatas proximiores vel in mediatas remotiores*. *Immediata causa* ergo *Dyspepsæ* seu *Chylificationis sufflaminatio* est, prouenit à fibrarum motricium ventriculi nimirū relaxatione mediantibus illis cruditatibus variè inter se mixtis, motu & calore partium, his annexis particulis aëreis (quæ partim cum alimentis, partim cum haustibus cerevisiæ (pumescientis alternatim ingrediuntur & vi elasticitatis suæ se expandunt) commotis ventriculum adeò distendunt, donec ejus labefactatio nimia introducetur siveque alimenta prorsus intacta relinquant, quæ alias ventriculi contractione, sive attritione sive collisione ad se invicem mutua in subtilissimas moleculas deberent dissolvi ac comminui: quæ itaque heterogeneas humorū à Mæ. Sæ. secretiones, impeditam insensilem transpirationem, sanguinis cœterorumque pro nutritione partium continuò fluentium liquorū inidoneum & improprioportionatum progressum magis minusve inducunt.

X.

Causa mediata proximior & omnium frequentior, dependet à cruditatibus vario modo inter se contextis & vitiosè commixtis in ventriculo & primis viis stabulantibus. *Cruditas* proinde in stomacho relictæ ac corrupta seu *depravata* non unius generis, sed mox acida vel amara vel nidorosa vel falsa vel pituitosa, vel denique mixta est. *Acida* idcirco *cruditas* ortum habet ex abuso acidorum, quæ postmodum quævis assumentia acore suo inficit. *Acidorum enim communiter hæc* est natura ut alia dulcia sive subdulcia aut insipida sint, facile suo sapore imbuant. Testatur id *Cadus acetii*, qui aquam Rhodani in verum transmutavit acerum prout Helmont. oper. pag. 177. 59. edit. Amstelod. 4to. notavit. *Niderosa Cruditas biliosa salina* ex nimirū alimentorum corruptibilium, putridorum, verminosorum variò modō inquinatorum quantitate v. gr. *Sincend Wildpreß / faul fäße etc.* vel amarorum, pinguium assitorum e. gr. *Lardo, ova butyrō frixa &c.* abuso originem trahit; quando igitur acidum cum bile concurrit aut pituita cum acido vel bile &c. permiscetur, mixta jam cruditas oritur.

XI.

Inter Causas remotiores naturales eminet 1.) *Temperamentum*. Nam tota mali radix potissimum plantata est in Mæ. Sæ. depravata temperie seu mala Mæ. Sæ. dispositione, quæ in Chylo, sanguine ejusque sero non sa.

DISPUTATIO MEDICA

solum lente mobilibus, tenacioribus, acrioribus partibus salinis volatilibus minus gaudentibus, verum etiam terrestribus, acidis, fixis, viscidis scatentibus, succos laudabiles contaminando, incrassando, lento viscidosque reddunt. 2.) *Hæreditas*: Etenim quotidiana nos experientia docet, affectum hæreditarias dari causas: Sic ubique animadvertisimus, parentes robustos firmam etiam sui generis structuram, è contra debiles parentes debiles natos, Podagricus, l. Cachecticus, l. Nephriticus, Phthisicus pater, Podagra, l. Cacchexia, l. Nephriticis, l. Phthiseos obnoxiam prolem sèpius gignere 3.) *Peculiaris partiam conformatio*: Textura enim singularis, à prima conceptione tam fluidis quam solidis partibus impressa, per totum vitæ tempus natorum corpora afficit, & sic motui circulatorio obicem ponit, quæ nec ars nec natura circulans tollere potest, ac ad mortem usque concomitatur. Quemadmodum mihi in patriâ degenti Goldingæ districtus Ducalis Curlandici in omnium præsentium in primis Sigismundi Weltzelii Practici & M. D. conspectu anno 1706. d. 27. Maji aliquando vidisse obtigit. Puella tertium & unum semis annum ætatis suæ agens, jam ab ipsa infantia & nativitate laborabat Atrophia universali; Appetitus ætate proiectiori fuit dejectus, tussis sicca quatiebat pectus, virium successive prostratio intendebaratur, Venter subturnidus, phlogosæ, calor, macilentia totius corporis de die in diem per integrum vitæ cursum magis magisque annotabantur: Præsertim cum pervula nostra emaciata ad mortem properabat, digitis sèpe commonestrando continuò de Ventriculi dolore & circa regionem umbilicalem de præcordiorum anxietate cordisque conquerebatur dolorifica sensatione. Decimâ ante obitum die morbum valde exacerbatum observavimus. Oculitorvi & concavi, nasus acutus, maces faciei, abdominabilis adspactus, constricta insigniter tempora, aures frigidæ contractæ, cutis circa frontem arida & color totius vultus viridis, convulsiones spasmodicas universi corporis indesinenter t. t. adfuerant. Contenta pauca, quæ ex Diæta v. gr. Lac, juscula, aut alia liquida cochlearium adhuc sumendo (Eßselkost) consueta proveniebant, per superiora nempe os rursus vomitu rejiciebat, & tum tum morituræ accedebat sudor frigidus, respirationis & urinæ emissionis difficultas, hujusque consistentia alba, pallida magisque odoris scètidi. Alvus adeò fuerat adstricta ut ne fistulam clysmaticam admittebat. Pulsus à principio quidem morbo languidus, postea verò celer atque frequens præsertim post pastum; in agone mortis, parvus, tardus maximè inæqualis deprehendebatur; denique seutor exhibat undique sic vitâ miserrimè defungebat. Et quamvis, durante cor-

poris morbifici statu, omnibus symptomatibus huic malo appropriatis
remediis, tūm à Genitore meo dilectissimo, quūm mēa adhibita t. t.
summa curā; nihilominus tamen singula præsidia in cassum propinata
fuere: Et sānè, nī Corpus cultro anatomico subiectum fuisset, veram
hujus affectus ac primariam causam ne Oedipus quidem, licet etiam plus
quam lynceis oculis fuisset præditus, detexisset. Aperto thorace simul-
que Abdomine, *in illo* pulmones collapsi, macilenti, flaccidi ac rubrō
tincti colore, tām circa extrinsecam superficiem, quam intrinsecam pul-
monum compagem à sanguinis coagulati infarctu apparuerunt. Cor se-
cundum naturam constitutum cernebatur, *in hoc* Vilcerā singula paulo
aliter visa fuere; nimirum circa tenuium tunicam exterius consideratam
venalē mesentericę quam plurimę parte quā annectitur mesenterio, qua-
quaversum sanguine turgidę & intensissimę rubrę apparet. Mesenterii
pars membranacea constabat nervis, arteriis, venis & vasis lacteis intertex-
tis, pinguedineque nimis parca & glandulis huc illuc scirrhosis, piso-
rum instar majorum magnitudine copiosis stipatis: reliquę accumben-
tes partes obserbantur macilente & flaccide de statu tamen naturali
paulatim deflectentes. Porrò cum primas vias ordine perlustraverimus
forte fortuna tunica intima in cavitate intestini jejuni, illaque prius à
muco viscido obliterate aquā tepidā diluta, præter telum illud nerveum
decussatis filamentis contextum & interspersos glandularum scabros &
hiulcos prominentes monticulos &c. quod ceteroquin oculis armatis
vulgo dictis microscopiis circa Chyli œconomiam & distributionem per
creberrima exercitia & experimenta Anatomica in vivis animantibus in-
stituta Oculatior nostra accuratissima Ætas (ad quam etiam Cl. Dn. D.
Godefridus Bi.illoo Patronus ac Præceptor summoperè colendus qui il-
lud etiam *in memoria demonstrat. Organ. Chylif. à Prenobiliss. Dn. Resp.*
Petro Everze, Medio-Zeland. die 13. Mart. Ao. 1706. Lugd. Batav.
publice ventilata ad finem adjectā figurā nitidissimę delineatum habet, me-
rito referendus) longè alia prorsus mirabilis, structura, diversimodaque
caruncularum fabrica, intricata instar coalescentię artissimę reticulata
figura animadvertebatur radices suas Jejuno in adverso & quo mesenterio
annectitur, contrario latere immersas habuit, quę capreolorum in mo-
dum sibi mutuo implexas in plurimos iuexplicabiles anfractus gyrosque
huc illuc intortis variis propaginibus seu plexibus à se dimissis tandem
circa principium intestini ilei & jejuni, ubi gracilescit terminatunt, re-
licta interea figura post se exigua via, per quam feces ex tenuibus in
cassa intestina transmigrare possent, nobis per quam apertissimę collustran-
tibus

DISPUTATIO MEDICA

tibus occurrebat. Hæc vero, quæ t. t. observavimus *diaphæna*, quâ fieri potuit, delineanda curavinus, uti in tabula sub finem adjecta perspicere licet. 4.) *Ætas*; Verum enim vero cum cuilibet pateat, hocce malum nulli ætati, nulli sexui, nulli hominum generi parcere; in infantes & que ac adultos, Juniores & que ac senes, viros insimul ac fœminas, cælibes & que ac conjuges seu maritatas noxiâ suâ sevire; interim tamen huic morbo senes præ juvenibus magis obnoxii sunt: *horum* enim chylus, sanguis, serum & reliqui humores laudabiles virtutem activitatis suam adhuc obtinent, *illorum* vero non.

X I I.

Jam sequuntur *Cause non naturales* & inter has primum locum tenens *Aer*, quando particulis crassioribus, pluviatilibus, nebulosis, terreis, sulphureis, salinis & similibus refertus est, sive immediate cum omnis generis eduliis ac potulentis, aëre ubertim scatentibus alternatimque deglutitis in ventriculum deferatur, sive externe ab aëris atmosphærâ corpus circum circa ambiente cutis vasa excretoria coarctentur & corpus permeabile Sanctorianum diversimodè afficiatur, insensilem tunc transpirationem inhibet, ordinarium sanguinis circuitum magis minusve retardat, genuinam spirituum animalium generationem impedit, humores sensim crassiores, obstructionibusqne cicurandis aptiores reddit & sic *Dyspepsia* Symbolum non minimum addit. Referenda huc sunt *Balnea* tum calida, laconica & alia in patriâ perquam usitatissima, tum frigida; illa fervore particulas quadam solito crassiores Chyli, sanguinis ejusque seri ac reliquorum humorum laudabilium, nimirum commovent, ejiciunt & à centro versus peripheriam corporis adigunt; *hec*, vero, ab immediate succedaneo frigore vel frigiditatis & caloris in æquali exceptâ alteratione sive poros cutaneos constringendo sive vasa patula constipando, efficit, ut particulæ ad poros aptiores adactæ, in ipsis etiam ultrâ debitum tempus detineantur ac pro rorsus remaneant. Secundum reverâ locum non immeritò obtinent *Cibus* & *Potus*, circulantium humorum pabulum & restaurativum, absque quō animantium quot quot sunt diu existere nequeunt. Materiam, vero, quod attinet ex quâ constent & quomodo pro ratione Climatum, Populorum, specierum & pro ingenii & appetitu individuorum singulorum accipienda sint. sc. ex triplici Regno alimenta desumpta & juxta seriem enarrata vi des. *Dissert.* nostr. paulò ante citatam, quâ ratione verò chylosin vitiam redant & in quâ quantitate ac qualitate peccent, si illa promis- cuè absorbeantur, paulò ulterius iu *Ejusd. Diff. §. xvi. & xvii.* jam pro-

prolixius recensita, evolve; quomodo vero ab his ventriculi tonus cruditatibus labefactetur brevissimè à nobis in *Theſ. ix. huj. Differe. de Dyſpeſiſ.* explicarum est. Insuper (ut in ſtatu præternaturali deglutta huc quoque referam) Lectum Dyspepsia ſepiſſimè ſternunt plura abſurda ac cruda, qualia *Hiftoria illa admirabilis ſanè ex Mifc. Nat. curioſ. Det. 1. Ann. 1. Obſerv. 83. it. Ann. 111. obſerv. 179.* nobis comprobat, de pueru ſuinfurtenſi ſex annorum, murarii filius, qui ſtatiū à tempore ablactationis, cretam, arenam, pulverem ex angulis hyppo-cauſti collectum vel ex calceamentis excuſum, voravit, nec vel mi-nis, vel verberibus, veletiam adhortationibus coercri potuit, adultior autem factus, carbones, lateres, carnem crudam, calcem vivam, lychnos cum ellychniis, corium, oſſa, ſilices, varii generis infecta, fi-ne noxà devoravit. Sed abſurdorum & a natura Hominiſis proſrus alienorum eſt hicce appetitus. *Plura de hiſ vide in Disputat. Inaug. Krameri de Idiſyncraſis Helmſtadii 1696. habua. Motus & Quies tertio ex ſex rebus non naturalibus loco ponuntur, intelligi tamen hæc de motu mo-derato. Immoderatus namque ad procoandos morbos contribuere valde potest, quia volatiles ſpirituofas ſuccorum fluentium particulas nimis in motum concitat, corporis excretoria admodum patula reddit ac præterea alias etiam humiditates-volatiores exhalare facit, ut non ſolum corpori infirmitas, ſed & contabescentia ſimul inducatur; plures enim nutritiæ partes ſic eliminantur, quæ alias corpori robur reddere ſolent. Quietem nimiam & ſedentariam vitam quod attinet, quamvis abſque hac quodlibet genus humanum durabile haud fit; attamen si corporis moderata exercitia intermittantur & corpus in otium degene-ret, sanitati proſrus contrariari ſolet, quoniam animalibus functionibus vigorem aufert, cruditates in Chylo atque ſanguine accumulantur, ſe-cretiones & transcolationes diverſarum partium in viſceribus non ritè procedunt, humores circulantes ſpiſſiores evadunt, ſicque quam plu-rimis malis occasio datur. Ita quoque de nimiò ſomno immodiſiſque vi-giliis, (quando ſc. horum illegitimus uſus eſt ac modum excedit) ſen-tiendum juxta Coum ſeſt. II, Aphor. 3. *Somnus, vigilia, miraque mo-dum excedentia, malum. Excreta & Recepta tandem diversimodè etiam corpus humanum afficere ſolent.* Si enim vel evacuationes naturales, vel aſſuetudine utili hiſ ſimiles depleri ceſſant, ad Mam. Sam. ad vitalia re-dundat hoc vitium, ſive V. S. intermittatur, ſive hæmorrhoides, cata-menia, hæmorrhagie ordinariæ, Sudor, lochia ſint ſuppreſſa) ſive alvus adſtricta &c. Subito corpus gravari & morbis expoñi notamus*

DISPUTATIO MEDICA

sim, Denique inter Res non-naturales numerantur *Animi pathemata*, affectus motus, commotiones seu animæ passiones. Ab his quoniam immediate spiritus afficiuntur, gravissimi oriuntur morbi.

X I I I.

Prognosin quod concernit, certum est in hac Chylosi lœsa initium plurimorum morborum consistere in *specie vero Chronicorum*, nam cacochylia est mater cacochyiae adeò ut ex cruditatibus hisce omnes febres inter mittentes, malum hypochondriacum, Scorbutus, Cachexia, passiones colicæ, iliacæ, arthritis, calculi renum & vesicæ effectus melancholici &c. originem ducunt. Quinimò talis acor in Stomacho alimenta vitians est origo morborum cutaneorum, scabie, serpiginis, herpetum &c. verbô ex hac lœsa digestione omnes fere affectus chronicorum suum profitentur.

X I V.

Qnoad Curam: *sublatis Causis & meliori virtus ratione instituta*, vitiis hæc facile corriguntur: quare unō oculō ad causas antecedentes nempè ad producti morboſi seu jam collectæ in ventriculo cruditatis vitium, alterum verò ad ventriculi labefactati toni restorationem seu, ut clariss dicam, fibrarum motricium relaxatarum blandam adstrictionem respiciendum erit. Quod ad humorum seu cruditatum peccantium correctionem spectat, hæc pro varietate humorum varia itidem existit. *Acida Cruditatis* infringentibus, destruentibus & absorbentibus corrigitur. Hæc unius generis non sunt, sed varia; itaque hue in usum trahi possunt 1.) *Martialia* &c. gr. Limat. mart. Ter. vitriol. balsamic. tinctoria mart. vitriol. Zwelf. quæ egregiâ acidum demulcenti pollent virtute & præprimis valent, ubi insimul adstringendum. Verum martialia cum grano salis propinanda sunt, facillimè enim cum acidis in vitriolum abeunt & sic propter irritationem vomitum causantur. 2.) *Lapidosa* Corall. Allabastr. Crystall. Mont. Lap. oculos. Mat. perlar. 3.) *Terrea*, ut aqua Golbergens. Strigoniens. Lem. terra sigillat. Bol. armen. cret. & varia terrarum genera plura, quæ ex *Valentini Museo* p. 3. 4. 5. seqq. it. 66. depromi possunt; hæc desiccant & acidum in adstringens convertunt. 4.) *Partes animalium dura*, C. C. ust. ebur. ust. & raspat. unicorn. ver. ossa sepiæ, mandibul. Luc. pifc. Hæc potius in sudoriferum commutantur, impuritatesque per poros insimul cum sudore educunt. 5.) *Salia volatilia & fixa* denique omnis generis, potentiora tamen sunt fixa. Ex his satis appetet selectum horum remediiorum esse instituendum. Nota: alvum subducentis aut evacuantia hic vix profi-

cua deprehendi, *Sylvii* enim monitum non est de nihilo quando pag. 170. Oper. dicit: *in cruditate acida à purgantibus abstinentiam est, antequam hic humor temperatur inque feri naturam conversus fuerit.* Nam purgantium vis ab acidis destruitur, ut non raro hypochondriaci, melancholici, maniaci &c. in quorum ventriculo manifestè acidum residet, fortissima vomitoria & purgantia absque ulla molestia, aut subsequente effectu perferre possint. Solent etiam convulsiones, tormina, dolores aliaque mala abdominis sequi, cum talis humor acris, acidus, austerus irritetur, unde æ gri in longè graviora pericula conjiciantur.

X V.

In *Nidorosa* autem cruditate, longè convenientiora sunt purgantia aut vomitoria in minori tamen dosi propinatae, nam gaudent bile abundantia hinc facillimè omnium etiam moventur. Si continuus vomendi conatus aut pituitæ major copia quam salium adsit cumque alvô adstringâ, tuto emetica porrigenda sunt sed in parca dosi, alias ob salia fortius ventriculum convellentia, æger facili negotio in Choleram conjiceretur. Vomitoria sunt G. Gutt. mer. vit. tart. emet. infus. vitr. Ant. &c. Purgantia vero ad mentem veterum selegi possunt, sic dicta *Cholagogue* v. gr. Cass. Scammon. Rhabarb. it: merc. dulc. resin. Jalapp. Scammon. Diagrid. it. Decoct. tamarind. cum passulis, polypod., Glycrrhiz. &c. vel Infus. ex rad. lil. alb. alth. pass. min. & fol. S. S. S. Post hæc acris salina materia, Decoctis, infusis, que pro re natâ, apta existunt huicque scopo interficiunt, lenia demulcentia, adstringentia e. g. rad. acetos. scorzoner. Pulp. Tamarind. c. fero lact. sp. nitr. dulc. & vitr. phil. acet. dest. succ. citr. hisque pro vehiculis aquæ admiscentur, it. *salsa* v. gr. crystall. tart. Juleborum usus, hoc inpassu, insignis & omnibus aliis ferè præferendus, præprimis copiosus adhibitus, soli hi sèpissimè diluendo ac eluendo saltam materiam in ventriculo hærentem prorsus tollunt. vid. *Smet. in miscell. med. p. 101.*

X V I.

Pinnitosa cruditas optimè tollitur per vomitoria & purgantia in majori paulò dosi data atque ex antecedente huc trahenda: ante evacuationem multum proderit vitriol. alb. & merc. dulc. c. Gum. ammoniac. hæc enim mucum potentè resolvunt atque ad commodiorem longè excretionem disponunt, tum continuatur usus diluentium v. gr. infus. folior. Thee. fabar. coffe. aut. Decoct. alicuj. lign. & evacuantium jam memoratorum. Cura hujus, præter hæc, etiam salina omnia sive alkalia, sive acida, sive salsa admittit. *Mixta* denique cruditas, uti ex

concurſu Signorum dijudicatur, ita modo adductis remediis variè & judicioſe combinatis tollitur, & hoc fit modo absorbentibus & laxanti- bus, modo acidis, falsois, vomitorio aut purgante & ſic porrò.

X V I I.

Ut tandem **Dyspepsia** è fibrarum ventriculi relaxatione eliminetur, neceſſum eſt, ut illa, quæ ejusdem tonum in pristinum ſtatum redigunt ac reſtituunt, adhibeantur, hunc in ſcopum faciunt omnia aromatica, quæ vim ita dictam corroborandi, firmandi, reſtaurandi &c; ad stringendi habent v. gr. ſpirituosa, rad. galang. calam. aromat. zedoar. zinzib. piper. ar. helen. coſt. ver. ciramom. Cardamom. Cubeb. caryophyll. Mac. fassatras. Herb. Puleg. salv. cort. citr. aurant. & quæ ex hiſ præparata in offic. proſtant. ſpec. Diamosos. dulc. Diambr. &c. Cent. min. aq. Apoplect. cinamom. cydoniat. borraginat. spir. Hyſlop. Meliſſ. lil. convall. prim. ver. fl. til. cheir. cerasor. nigr. menth. maſtich. Balfam. embryon. Vin. Rhenan. Hispan. Canarienſ. Eſſent. Absynth. Calaminth. Elix. vitr. Mynſicht. fl. roris marin. &c. Quæ omnia uſu ap- probatissima ac Ventriculo gratiſſima ſunt.

X V I I I.

Dieta optimè exnocentibus & juvantibus aliisque circumſtantiiſ & conditionibus hinc inde in hac noſtr. Diſſert. allegat. theſ. conſtat. Formulas remediorum nullas adjecimus: ex quippe pro catuum ſingularium va- rietate iſpſe quoque variare debent, ac priuide potius ad lectum & in præſentiā ægri, quam in muſco conſcribendæ tunt. Hæcce itaque pro noſtro ſcopo ſufficient. Faxit D. T. O. M. ut ſingula cedantur Nominis ſui Gloriam, multorum ægrorantium commodum ac emolumen- tum cui ſit *Honor & Laus* in ſempererna ſecula!

Figutæ delineatæ explicatio

A. Jejuni pars ſuperior. B inferior. C, D, E, F. **Apertura Jejuni** diducta g. g. pliæ. h. h. Telum nerveum. i. i. i. via an- guſta. K, K. **Structura caruncularum** p. n. transversim diſecta ac reclinata l. l. l. Venæ meſeratæ ſanguine turgidae m. m. m. arteriæ. n. n. n. Vasa lacteia. o. o. o. nervi. p. p. p. **Pla- num meſeræ** expaſſum Q. Glandulae meſenterii maxima, alias **Pancreas Aſelli** dictæ r. r. r. Glandulae ſcirrhofæ.

F I N I S.

Tres Figura

